



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 48. Tortum hujus expeditionis negotium per hæreticorum dissidia
eversum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Minister ex Religioso Carmelita fidei Sæcul. XVI.
desertor omnes sectæ suæ socios nequita-
tia superans eo impietatis devenerat,
ut pertinaciter traderet, Christum in
carne non esse adorandum, neque in-
vocandum, cum tamen Sacræ Paginæ
disertis verbis testentur, quod Pater
æternus, a primo temporis articulo,
quo Christus hunc orbem fuerat ingre-
sus, Angelis suis præceperit, ut *adorent
eum omnes Ang:li ejus.* Hunc honorem
Richerius, cum Christo Domino incar-
nato denegaret, potiori etiam ratione
eidem in Eucharistia, qualicunque de-
mum modo ibi præsens esse credere-
tur, deferre recusabat; ex usu enim
Eucharistiæ, inquietabat ille, nulla in
anima utilitas expectari potest. Hæc
alteratio eo usque processerat, ut
Charterium alterum Ministrum ad Cal-
vinum pro istius sententia desuper per-
cipienda, remittere oporteret, impro-
vido prorsus consilio; quippe Calvinus
nullam aliam dubia decidendi regulam
statuerat, quam solum cuiuslibet pri-
vatum Spiritum.

§. XLVIII.

*Totum hujus expeditionis negotium per
hæreticorum dissidia èversum.*

Cum igitur Villagagnonius, qui aliunde Beza in
judicii acie instructus falsum hunc Icons tit.
T 2 Mart. Amer.

Sæcul. XVI. Præconem convincendi dexteritate pol.
A.C. 1555. lebat, ex hisce dissidiis facile colligeret, quod ipsius doctrina ruinosis innitetur fulcris, quo circa Richerium in publico sermone, ac postea editis libris omnino præclaris impugnabat, palamque cum pluribus aliis abjecta Calvini hæresi rursus fidei Catholicæ fese addicebat. Verum exinde ingentem Colinii Architalassi indignationem sibi acersebat, unde nullum amplius ab eo auxilium acceperat: Nihilominus, cum ceteris potentia prævaleret, Calvini Sectatores ejecit, quorum tamen nonnulli lacero impositi navigio remeare audebant. Tandem Villagagnonius, cum postea Lusitanis, ac barbaris in eum conspirantibus resistendo impar esset, munimentum suum relinquere, ac in Gallias reverti cogebatur, ubi tamen nonnisi Anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo appulsus calatum suum egregie contra Calvinum stringebat. Demum vero post redditum suum tredecim adhuc annis vita superstes, probique Catholici partes strenue explens prope Nemorsium in suo Equestri prædio Anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo septuagesimo primo obiit.

§. XLIX.